Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ciplis eius. Ios eū de palatio eius
uineam meam: rapina pauperis in
domo uā. Quare atteristis plebem me
um. & facies pauperum molestis de
cet dominus exercituum. Et dixit
dominus. Pro eo q̃ elevatæ sunt
filiæ syon. & ambulaūt extento
collo. & nutibus oculorū uād. & plau
debant. ambulabant & pedibus su
is composito gradu incedebant. Ideo cal
uabit dominus uerticem filiarū sy
on. & dominus crinem earū nudabit.
In die illa auferet dominus ornatū
calceamentorū & lunulas & torques.
& monilia. & armillas. & mitras. et
discriminalia. & pisidias. & mu
renulas. & olfactoriola. & inaures.
& anulos. & gemmas in fronte pen
dentes. & mutatoria. & palliola. & im
becinia. & acus. & specula. & sindo
nes. & mitras. & theristra. Et erit. pro su
aui odore fetor: & pro zona funiculus:
& pro crispanti crine calumium. & pro
fascia pectoralis cilicium. Pulchri
tudo quoq̃ uiri tui gladio cadent. &
fortes tui in prelio. Et mœrebit atq̃
ingemiscent portæ eius. & desolata in
terra sedebit. Capitulum. iiii.

Et apprehendent. vii. mulie
res. uirum unū in die
illa dicentes. Panem
nostrum comedemus. & uestimentis nos
tis operiemur. tantum inuocetur nomen
tuum super nos: aufer obprobrium
nostrum. In die illa erit germen domini in
magnificentia. & in gloria. & fructus
terræ sublimis. & exultatio his qui
saluati fuerint de israel. Et erit. omnis
qui relictus fuerit in syon. & residu
us in hierusalem. sanctus uocabitur omnis qui
scriptus fuerit in uita in hierusalem. si
abluerit dominus sordes filiarū syo
on. & sanguinem hierusalem lauerit de me
dio eius. spiritu iudicii & spiritu ardoris.
Et creauit dominus super omnem lo
cum montis syon. & ubi inuocatus
est nubem diei. & fumū. & splen
dorem ignis flammantis in nocte.
Super omnem enim gloriam protectio. &
tabernaculum erit. in umbraculum di
ei a uentis. in secretum. & in auscon
sionem a turbine. & a pluuia. Ca

Cantabo pruulum. v.
dilecto meo canticum
patruelis mei uineæ
suæ. Vinea facta est dilecto meo
in cornu filio olei. & sepuit eam
& lapides elegit ex illa. & plantauit
eam electam. Et edificauit turrim
in medio eius. & torcular extruxit
in ea. Et expectauit ut faceret uuas.
& fecit labruscas. Nunc q̃ habitato
res hierusalem. & uiri iuda. iudicate inter
me & uineam meam. Quid est q̃
ultra debui facere uineæ meæ. & non fe
ci. An q̃ expectauit ut faceret uuas.
& fecit labruscas. Et nunc ostendam
uobis quid ego faciam uineæ meæ.
Auferam sepem eius. & erit in depre
dationem. diruam maceriam eius. &
erit in conculcationem. & ponam eam
desertam. Non putabitur. & non fodietur
& ascendent uepres & spine super eam.
& nubibus mandabo ne pluant super
eam imbrem. Vinea enim domini
exercituum domus israel est. & uir iuda
la germen delectabile eius. Et expectauit
ut faceret iudicium. & ecce iniquitas.
& iustitiam. & ecce clamor. Ve qui ad
iungitis domum ad domum. et
agrum agro copulatis: usq̃ ad ter
minum loci. Numquid habitabitis so
li super terram. In auribus meis
sunt hæc dixit dominus exercituum. Nisi
domus multæ desertæ fuerint. grandes
& pulchræ absque habitatore. Decem